

ANNO 1752.

edere valeat, ac firma etiam permanente præfata taxa...

Episcopium Cathedralis & Capitulum Regulare deligatur.

§. 4. Quodque Episcopium, pro Episcopi, & Abbatibus Fuldenfis pro tempore existentis residentia, & habitatione...

Residentia per Capitulum modo præfata.

§. 5. Ad hoc autem ut ipsi Ecclesiæ per Nos in Episcopalem, ut præfertur, erectæ splendidiore decore inferiatur...

Pœnitentiarii & Theologi munus quibusdam demandandum.

§. 6. Pro Pœnitentiarii vero & Theologi respectivo munere, ad formam Concilii Tridentini, in præfata Ecclesiâ explendo...

non tamen Capitulares, præfati tamen Ordinis expressè professos, in primordiale Monasterio...

PONT. A. XIII.

Decano, & Præposito, conceditur usus Mitra, & Annuli...

§. 7. Uterius, modernis, ac pro tempore existentibus Decano, & octo Præpositis tantum...

Clavula, & Decreta,

§. 8. Præsentis quoque Litteras semper & perpetuo validas & efficaces esse & fore, nec ulloquam tempore de subreptionis, vel abreptionis, aut nullitatis...

Derogatio contraria,

§. 9. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis...

§. 10. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Nostrarum ecclesiasticarum, institutionis, declarationis, decreti, concessionis, mandati, voluntatis, ac

Sancita præfata.

PONT. A. XIII.

Die 5. Octobris 1752.

ac indulti; & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Bli. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Expedita in Cancellaria Apostolica.

V. HERBIPOLENSIS

Episcopus honorificis præfandæ sibi Crucis, usque Pallii prærogativis honestatur, sub certis modis, ac conditionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Premium Provida S. Sedis in Jurisdictione, & honorificis ad ministratio.

ROMANA Ecclesiâ, omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, concessum sibi a cælesti sponso Jesu Christo supremum auctoritatis & dignitatis principatum, ita semper in omnes Catholici Orbis Ecclesias...

Tus præfere Cruce, & Pallii usus, præcipua honoris insignia.

§. 1. Porro inter præcipua Sacerdotalis honoris insignia, quibus diversæ per Orbem Ecclesiæ, earumque Antistites, ab Apostolica Sede decorari meruerunt, & Sacri Pallii usus, & jus præferendi Sandissimæ Crucis signis merito numerantur.

Ritus servandi solus in concedendo Pallio, jusdem insignis significatio.

Herbi-polensis Ecclesiæ ampliatum, ejusdem Antistitem, Capituli, Cleri decore.

§. 2. Cum itaque Herbi-polensis Ecclesiæ Provincie Moguntinæ in Superioribus Germaniæ partibus constituta, jam usque ab octavo Ecclesiæ sæculo per Sanctum & Buchardum Episcopum ex auctoritate Apostolicæ Sedis fundata & erecta, singularibus prærogativis ditata, amplissimæque Diocesis jura dans plurimum egreriorum Antistitum, & Clerorum, ex conspicuo, ac numerofo Capitulo, & Alora, insignium Virorum virtute, admodum illustrata fuisse dignoscatur; nunc autem existens Venerabilis Frater Carolus Philippus Herbi-polensis Episcopus suorum illam ornare pergat præstantia meritorum, pluribusque editis erga Nos, & Apostolicam Sedem, fidei, & observantiæ argumentis, amplioribus Pontificiæ liberalitatis favoribus se dignum exhibeat...

beat: Nos, attentis præmissis, & præsertim quod ipse Carolus Philippus Episcopus, Ecclesiasticæ pacis studio, plurimum contulit ad extinctionem veterum specialium Episcopii, & controversiarum, quæ jampridem inter ipsam Herbi-polensis Ecclesiæ, & Curiam, ac pro tempore existentibus Episcopos Herbi-polenses, ex una, in concordiâ & Fuldense Monasterium, Abbatem alias nuncupantem Cathedram erexitur & instituitur, ejusque Abbates etiam pro tempore existentes, ex altera, partibus, agitatur fuerunt, honesta inter ipsum, & dicti Monasterii Abbatem Concordia inita, quam Nos per alias Nostras Litteras, cum quibusdam restrictionibus, & moderationibus, approbavimus & confirmavimus. Cumque hujusmodi restrictiones & moderationes, etiam circa quædam potissimum capita versentur, quæ idem manent, Episcopus in favorem Ecclesiæ & Curie sue, admitti, ac respective concedi & firmari exoptaverat, ideoque quum sit illas alicuius indulti, & beneficii concessione pensari. Motu proprio, & certa scientia, eundem Carolum Philippum Episcopum a quibusvis, suspensionis, interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovari existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum favore abolventes, & absolutum fore censentes; eidem Carolo Philippo Episcopo, ut Ipse, & ejus Successores Ecclesiæ Herbi-polensis Præfules pro tempore existentes, de cetero perpetuis futuris temporibus sacrum Pallium in solemnitatibus & functionibus in Pontificali Romano descriptis induere, & gestare, ac etiam Crucem, ad instar Archiepiscoporum, ante se elevari & gestari facere, in dicta Herbi-polensi Civitate & Diocesi duntaxat, & in alibi omnino, si ve in alienis Diocesis, si ve in Sacri Romani Imperii Comitibus, si ve in quibusvis aliis locis Episcopo præfato non subiectis, etiam si Ordinariorum Locorum licentia ad id accederet, nec etiam in dicta Civitate & Diocesi Herbi-polensi, in præsentia alicujus ex Sac. Rit. Eccl. Cardinalibus, vel Nostris & ejusdem Sedis Apostolicæ ordinarii aut extraordinarii Legati, seu Nunciis, vel Archiepiscopi Moguntini, nisi de eorum respective consensu, sub gratia & concessionis hujusmodi nullitate, & dammodo, quoad Pallium prædictum, tam ipse Carolus Philippus, quam illius Successores Herbi-polenses Episcopi pro tempore eligendi, illud ab eadem Apostolica Sede, servatis de jure, vel consuetudine servandis, postulare, & consueto fidelitatis debita sacramento edito, accipere, aliaque in similibus observari solita adimplere teneantur; ac denique, salvo in omnibus jure Metropolitico Ecclesiæ Moguntinæ, illiusque Archiepiscopi pro tempore existentis, & nihil immutato præcedentiæ ordine inter ipsos Episcopos Herbi-polenses, atque Episcopos, si ve ejusdem, si ve alterius Provincie, hætenus de jure, usa, aut consuetudine, in quibusvis functionibus, concessibus, aut Comitibus servari solito; hujusmodi Pontificalis honoris Insignia uti, libere, & licite possint & valeant, de Apostolica auctoritate plenitudine, tenore præsentium, concedimus & indulgemus.

Hujus capitula quædam Herbi-polensibus favorabilis, re præferenda Crucis donantur, sub certis conditionibus, & reservationibus.

Episcopus ipse, ejusque Successores uti Pallii, & iure præferenda Crucis donantur, sub certis conditionibus, & reservationibus.

Premissorum similitudo.

§. 3. Decernentes easdem præfatas Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac censeri, ac dicto Carolo Philippo Episcopo, ejusque Successoribus dictæ Herbi-polensis Ecclesiæ Præfules pro tempore existentibus, perpetuo suffragari, nec non ab ipsis respective in omnibus & per omnia observari, sicque, & non alias, per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, didicæque Sedis Nuncios, judicari & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter judicari, aut respective attestari contigerit. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis contrariis, ac

Derogatio contraria.

ANNO 1752.

Sanctio.

Dat. Pont. anno 13 die 5. Octobris 1752.

Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, seu dictæ Herbitopolensis, aut alterius cujuscumque Ecclesie etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo tertio Nonas Octobris, Pontificatus Anno XIII.

D. Card. Passioneus. J. Datarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. Loco + Plumbi. J. B. Eugenius. Registrata in Secretaria Brevium.

DAMNANTUR.

Et prohibentur quinque propositiones Duellorum ab usui faventes, veteresque leges adversus Duellantes editæ innovantur, ac novis superadditis penalibus Sanctionibus confirmantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

DETESTABILEM, ac Divina naturalique Lege damnatum Duellorum ab usum, a barbaris gentibus, atque superstitiosis, non sine ingenti corporum, animarumque clade, Christianam Rempublicam auctore Diabolo inventum, cum semper execrata sit, atque improbari Ecclesia, tum præcipuo in eam curam studio, vigilantia, ac zelo incubuerunt Romani Pontifices, ut a Fidelium cœtu longissime arceretur. Nam, ut antiquiora mittamus Prædecessorum Nostrorum Nicolai I. (a), Cælestini III. Innocentii IV. (c) adversus singulares pugnas decreta, extant recentiores Apostolicæ Sedis Constitutiones, quibus Romani Pontifices Julius II. (d), Leo X. (e) Clemens VII. (f), ac demum Pius IV. (g), gravissimas penas antea statutas confirmarunt, aliasque de novo addiderunt, contra duellantes ex quacumque causa, etiam per Sæculares Religiosum aut Locorum Leges forsitan permittit, adjecta infamia, honorumque proscriptio, etiam adversus complices ac participes, & qualemcumque operam ipsam præstantes.

§. 1. Tridentina vero Synodus (b) latam in eos excommunicationem extendit ad Imperatores, & Reges, Duces, ac Principes, ceterosque Dominos temporales, si locum ad Monachiam in terris suis concesserint, ac jurisdictione & dominio loci, in quo duellum fieri permiserint, quem ab Ecclesia obtineant, eo ipso privatos declaravit. Committentes vero pugnam, eorumque Paternos, excommunicationis, ac omnium honorum proscriptio, nec non perpetuæ infamiae penam incurere statuit; & si in ipso consilio decesserint, Ecclesiastica sepultura perpetuo carituros decrevit.

§. 2. Cum vero præfatis saluberrimis Legibus judicialia duntaxat, ac solemnia duella comprehensa, ac proscripta viderentur, pia memorie Prædecessor noster Gregorius Papa XIII. (i) hujusmodi penas adversus eos omnes extendit, qui nedum publice,

Affiduum Romanorum Pontificum studium in eliminando duellorum abusu.

Pœna per Tridentinam indicit in exhibentes locum ad Monachiam, Paternos, & pugnantes.

Greg. XIII. pœnales omnes Sanctiones a solemnibus ad privata duella non potest.

(a) Epist. I. ad Carolum Calvum. (b) I. Concil. Lateranens. Cap. 2. & 2. de Torcamentis, ubi primum Prædecessorum Dicitur citatur. (c) I. Epist. ad Archiep. Lepus, Episcopos, aliosque Ecclesiasticos Regni Francie, apud Raynal. ad ann. 1251. num. 31. (d) Constit. inc. p. Regis pacifici. (e) Constit. Quam Deo & Homini. (f) Constit. Consequitur Romanus Pontifex.

sed etiam privatim ex conditio, statuto tempore, & loco, Monachiam commiserint, etiam si nulli Patris, sociive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullave provocatorie Litteræ, aut denunciationis Chartulæ præceperint.

§. 3. Denique felicitis recordationis Clemens Papa Clemens VIII. etiam Prædecessor Noster, Apostolicas Romano. VIII. iisdem obnoxios affecit omnes eis statutas, sua Constitutione, quæ incipit Illius vices, Data xvi. Kal. Septembris Anno MDXCII. diserte operam, & complexum, easdem extendit ad omnes non solum duello certantes, sed etiam provocantes, suadentes, equos arma, commentus præbentes, comitantes, Chartulas Libellos, Manifesta mittentes, scribentes, vel divulgantes, aut quomodolibet circa iste cooperantes, Socios, Paternos, de industria spectatores, fautores, Scriminis demum particeps, illudque permittentes, vel, quantum in ipsis est, non probentes, ac delinquentibus veniam & impunitatem concedentes, quique se prædictis quoquomodo immiscuerint, etiam si neque pugna effectus, neque accessus ad locum sit subsequutus.

§. 4. His tam sapienter, tam aperte, atque peripicue ab Ecclesia, & ab Apostolica Sede constitutis, dubitari ab Alexander VII. & Innocentio XI. damnata. His tam sapienter, tam aperte, atque peripicue ab Ecclesia, & ab Apostolica Sede constitutis, dubitari ab Alexander VII. & Innocentio XI. damnata. His tam sapienter, tam aperte, atque peripicue ab Ecclesia, & ab Apostolica Sede constitutis, dubitari ab Alexander VII. & Innocentio XI. damnata.

§. 5. Et nihilominus extiterunt quem proxime recentiores alii, qui etsi duella, vel odii, vel vindictæ, vel honoris tuendi causa, vel levioris momenti res fortunæque servandi, fateantur illicita, aliis tamen in circumstantiis, & casibus, vel amittendi Officii, & sustentationis, vel denegatæ sibi a Magistratu justitiæ, defensionis innoxie titulo, ea licere pronunciant. Lexas & periculi plenas opiniones hujusmodi, ex vulgatis eorum Libris ad Nos delatas, ubi primum accepimus, earum examen nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & quibusdam Dilectis Filiis Sacræ Theologiæ Magistris specialiter ad id per Nos deputatis, commisimus: qui re mature discussa, latis coram Nobis tam voce, tum scripto suffragiis, infrascriptas Propositiones censura, & proscriptio dignas existimarunt.

PRIMA PROPOSITIO.

Vir Militaris, qui nisi offerat, vel acceptet duellum, tanquam formidolosus, timidus, abiectus, & ad Officia Militaria ineptus habeatur, indeque officio, quo se suscipere sustinet, privaretur, vel promotionis, alias sibi debite ac promerite, spe perpetuo carere deberet, culpa & pena vacaret; si vero offerat, si vero acceptet duellum.

II.

Excusari possunt etiam, honoris tuendi, vel humane visipensionis vitandæ gratia, Duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciant pugnam non esse secuturam, utpote ad alios impediendam.

III.

(g) Constit. Ea, quæ a Prædecessoribus. (h) Sess. 25. cap. 19. de Reform. (i) Constit. Ad tollendum. (k) 2. Prop. damnata ab Alexandro VIII. (l) 17. Prop. ex damnata ab eodem. (m) 18. Prop. ab eodem damnata. (n) Prop. ex damnata ab Innocentio XI.

ANNO 1752.

PONT. A. XIII.

III.

Non incurrit Ecclesiastica pœna ab Ecclesia contra duellantes lates, Dux, vel Officialis Militiæ, acceptans duellum, ex gravi metu amissionis famæ & officii.

IV.

Lictum est, in statu hominis naturali, acceptare, & offerre duellum, ad servandas cum honore fortunæ, quando alio remedio eorum jactura propulsari nequit.

V.

Asserta licentia pro statu naturali, applicari etiam potest statui Civitatis male ordinatæ, in qua nimirum, vel negligentia vel malitia Magistratus, justitia aperte denegatur.

Damnatur, & sue censuræ defuncti prohibentur.

§. 6. Auditus itaque, super unaquaque earum Propositionum, dictorum Cardinalium & Consultorum iudicis, atque omnibus rite & mature consideratis, Nos ipsas, præsentium Litterarum tenore, & Apostolica Auctoritate, tanquam falsas, scandalosas, ac perniciosas rejicimus, damnamus, ac prohibemus, itaque quicumque illas aut conjunctionem, aut divisi docuerit, defendiderit, ediderit, aut de iis, etiam disputandi gratia, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit præterquam in mortis articulo ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi ab existente pro tempore Romano Pontifice absolvi.

Neon in praxim iudicium.

§. 7. Insuper stricte, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini iudicis, prohibemus omnibus Christianis cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum, ad praxim deducant.

Constitutiones Prædecessorum Pontificum de duellis constituantur.

§. 8. Jam vero ut exitiosam Duellorum licentiam, in Christiana, ac præsertim Militari Republica, non obstantibus providis Legibus a plerisque etiam Sæcularibus Principibus & Potestatibus ad eandem extirpandam laudabiliter editis, adhuc giscentem, validiore manu correamus, gravissimumque scelus Apostolicæ distributionis gladio magis magisque insequamur, omnes, & singulas dictorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones superius enunciatas, quarum tenores, ac si præsentibus de verbo ad verbum insertæ forent, pro sufficienter expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate confirmantes & innovantes ad hoc ut penarum gravitas & severitas majorem perditis hominibus ingerat peccandi metum, Nostrum Motu proprio, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, eandem præsentium Litterarum serie, statumque atque decernimus, ut si quis in duello, five publice, five privatim indicto, hominem occiderit, five hic mortuus fuerit in loco consiliis, five extra illum ex vulnere, in duello accepto, hujusmodi homicida, tanquam interfectus proximum suum animo præmeditato ac deliberato, ad formam Constitutionis felicitis recordationis Prædecessoris Nostri Benedicti Papæ XIII. quæ incipit Ex quo Divina, data vi. Idus Junii anno Domini MDCCXXXV. ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio exclusus & repulsus omnino censetur; ita ut a cujuscumque Sacri aut Religiosi loci asylo, ad quod confugerit, servatis tamen de jure servandis, extrahi, & iudicis competentis Curie pro merito puniendus, tradi possit & debeat; super quo Nos Episcopis, aliisque Superioribus Antistitibus, ad quos respective pertinet, & pertinebit impofterum, necessarias, & opportunas facultates præsentium quoque tenore impertimur. Quin etiam, vivente adhuc altero in singulari certamine graviter vulnerato, si percussor in locum immunitem se receperit, ex quo, eventiente illius morte, fugam arripere, & legum severitate evadere posse prospiciatur; Volumus, & respective permitimus, ut, quatenus Periti ad inspicendum vulnus acciti, grave vitæ periculum adesse retulerint, percussor ipse, prævio semper Decreto Episcopi, & cum assentientia personæ Ecclesiasticæ ab eodem Episcopo deputatæ, ab hujusmodi loco immuni extractus, sine mora carceribus mancipetur; ea tamen lege iudicibus indicta, ut illum Eccle-

Insurgit publico vel privato duello inoffensum alteram Asyli iure privatur.

Vivente adhuc facio, quando, & qua forma percussor e loco immunitatis extrahi debeat.

siæ restituere debeant, si vulneratus superstes vivat ultra tempus a legibus, quæ de homicidio sunt, constitutum; alioquin in eisdem pœnas incedat; quæ in memoratis Benedicti XIII. Litteris constitutæ sunt adversus illos, qui delinquentem in aliquo ex casibus ibidem expressis, ex iudicis ad id sufficientibus sibi traditum, restituere recusent, postquam in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerint.

§. 9. Præterea, simili motu & auctoritate decernimus ac declaramus, Sepultura sacræ privationem a sacrosancta Tridentina Synodo inflictam morientibus in loco duelli & consiliis, incurrendam perpetuo fore, etiam ante Sententiam iudicis, a decedente quoque extra locum consiliis ex vulnere ibidem accepto, five duellum publice, five privatim inditum fuerit, ac eorum tiam si vulneratus ante mortem non incerta Penitentia signa dederit, atque a peccatis & censuris absolutionem obtinerit; sublata Episcopis, & Ordinariis Locorum super hoc pœna interpretandi ac dispensandi facultate, quo ceteris documentum præbatur fugiendi sceleris, ac debitam Ecclesiæ Legibus obedientiam præstandi.

§. 10. In hujus demum sollicitudinis nostræ societatem vocantes Carissimos in Christo Filios Nostris, Imperatorem electum, cunctosque Catholicos Reges, nec non Principes, Magistratus, Militiæ Duces, atque Praefectos, eos omnes & singulos, pro sua in Deum Religione, ac pietate, enixe obtestamur in Domino ut conjunctis studiis, & animis, exitiose duellorum licentiæ, qua Regnorum tranquillitas, populorum securitas, atque incolumitas, neque corporum solum, sed, quæ nullo pretio æstimari potest, æterna animarum vita certo periclitatur, omni nisu & constantia vehementer obstant. Neque sibi, suæque in Deum fidei, munerisque rationi scisse satis intelligant, quod optimo constitutis Legibus, inditisque gravissimis pœnis, horrendum scelus proscriptum sit; nisi accuratam ipsarum Legum pœnarumque executionem naviter urgeant, ac promoveant, seque inexorabiles Dei vindices in eos, qui talia agunt, diligenter exhibeant. Nam si delinquentes aut oscitanter ferant, aut mollior puniant, alieno sese crimine polluent, omnique illius sanguinis reos se constituent, quem ita crudeliter inultum effundi permiserint. Vani enim falsique honoris Idolo humanas litari victimas non impune feret supremus omnium Juxta Deus; rationem ab iis aliquando exacturus, quorum est Divina, & humana jura tueri, sibi que creditorum hominum vitam servare, pro quibus sanguinem ipse suum Jesus Christus effudit.

§. 11. Volumus autem ut præsentium Litterarum Transumptis etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ubique, etiam in iudicio, fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter forent exhibitæ vel ostensæ: Utque eandem præsertim in consuetis locis publicis hujus Almæ Urbis per Cursores nostros, ut moris est, publicatæ & affixæ, omnes & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficiant, ac si uniusque illorum personaliter intimatæ & notificatæ fuissent.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum prohibitionis, damnationis, præcepti, statuti, declarationis, facultatum impertitionis, obtestationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCCLII, quarto Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio decimo.

D. Card. Passioneus. J. Datarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. Loco + Plumbi. J. B. Eugenius. Registrata in Secretaria Brevium. Publicata die Mensis Novembris 1752.

ANNO 1752

DAMNATIO

Et Prohibitio Libri duobus tomis constantis, Gallico idiomate, absque Auctoris nomine, & impressionis loco, in lucem editi, cui Titulus: Apologie de tous les Jugemens rendus par les Tribunaux seculiers en France contre le schisme; dans la quelle on etablit. 1. L'injustice, & l'irregularite des refus de Sacramens, de Sepulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux, qui ne sont pas soumis a la Constitution Unigenitus. 2. La competence des Juges pour s'opposer a tous ces actes de schisme, Tom. I. & II. En France MDCCII.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

MILITANTIS Ecclesie regimini superna dispositione presidentes, Domini Gregis custodie jugiter invigilare, ac Oves Eterni Pastoris sanguine redemptas a perniciosorum doctrinarum venenis, quantum Nobis ex alto conceditur, preservare tenemur. Quapropter cum, sicut Nobis innouit, in lucem prodierit quidam perniciosus Liber duobus tomis constantis Gallico idiomate absque auctoris nomine, & impressionis loco, cui Titulus: Apologie de tous les Jugemens rendus par les Tribunaux seculiers en France, contra le schisme, dans la quelle on etablit. 1. L'injustice, & l'irregularite des refus de Sacramens, de Sepulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux, qui ne sont pas soumis a la Constitution Unigenitus. 2. La competence des Juges laics pour s'opposer a tous ces actes de schisme. Tom. I. & II. En France MDCCII. Nos, auditis desuper plurimum S. R. E. Cardinalium, aliorumque sacre Theologie Magistrorum, quos ad predicti Libri examen delegimus, suffragiis, iisque plene ac mature discussis, de memoratorum Cardinalium consilio, utrumque supra relati Libri tomum, tanquam continentem assertiones falsas, temerarias scandalosas, piam aurium offensivas, in Romanis Pontifices, Apostolicam hanc Sanctam Sedem, & Episcopos injurias, Ecclesiastica jurisdictioni derogantes, obedientie Constitutioni Unigenitus ab omnibus sincere debite reverentias, schismaticas, schismaticas, in errore inducentes, ac erroneas respective, auctoritate Apostolica, tenore presentium damnamus, reprobamus, prohibemus, ipsiusque Libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum, omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specificam & individua mentione, & expressione dignis, sub pena excommunicationis per contrariantes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, prater quam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore exillente nisi in mortis articulo constitutus, absolutiois beneficium valeat obtinere omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, uti quicumque Librum prefatum, seu aliquam illius partem, sive Typis impressam, sive manu scriptam penes se haberint, vel in futurum quodcumque habebunt, illum, & illam, statim atque presentes Littere eis innouerint, Locorum Ordinarius, vel hereticas pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eadem presentes Littere omnibus facilius innotescant, nec quicumque illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate predicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curie Generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Flore de Urbe, per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; ita ut sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde asistant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, intimatæ fuissent: Ipsarum autem Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in iudicio, quam ex-

Censura & damnatio libri.

Impressiones, tenentes hujusmodi Librum excommunicantur.

Publicatio- nas preceptum, ejusque effectus.

tra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur ipsis Pontificibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum A. XIII. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Dat. 22. Nov. Piscatoris die xx. Novembris MDCCII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

Publicat. eodem die, mense, & anno

CONFIRMANTUR

VIII.

Et declarantur Constitutiones Prædecessorum Romanorum Pontificum super vetita armorum delatione, retentione, & venditione.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

SECURITATEM, atque tranquillitatem Populorum & Personarum Apostolica Sedi in temporalibus subiectarum tueri asserere volentes Prædecessores Nostri Romani Pontifices, non modo severissimas leges adversus homicidia, & cujuscumque generis vim ediderunt, verum etiam ad ea submovenda, quæ hujusmodi delictis facile perpetranda occasione & commoditate perhibere possent, omnium armorum ad necem clam & dolose inferendam aptorum delationem, retentionem, & venditionem, gravissimarum penarum interminatione vetuerunt; quemadmodum ex providis felicis recordationis Pii Papæ IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, nonis Martii, & Sancti Pii V. pridie Idus Februarii illius Pontificatus Anno septimo, editis Constitutionibus, patet.

§. 1. Quorum vitigiis inhærens recolendæ memoriæ Prædecessor quoque Noster Alexander Papa VIII. per suam Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo, Idibus Augusti, editam Constitutionem, quæ incipit *Esti cunctis*, prædictorum ante se Pontificum Leges atque Sanctiones confirmans & innovans, decrevit & sanxit, nemini cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ, etiam speciali mentione seu nota digno, liceat in Alma Urbe, ejusque Districtu, & in toto Statu Ecclesiastico tunc sibi & dictæ Sedi tam immediate quam mediate subiecto, comprehensis etiam quatuor Legationibus, ac Civitatibus Bononiensis, Ferrariensis, Beneventana, aliisque Civitatibus, Terris & Locis, etiam specialem & individuum expressionem, & nominationem requirentibus, ejusmodi arma in præmissis Constitutionibus expresse vetita, & alia quæcumque brevioris mensuræ trium Palmorum, illius mensuræ, quæ vulgariter denominatur *Canna Romana* ad usum Mercatoris, sub penis læsæ Majestatis, & rebellionis irreversibiliter exequendis, exceptis dumtaxat cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen majoris longitudinis unius palmi esse non possent, & sine cuspidibus, & ut vulgo dicitur, *spuntati* esse deberent; nec non aliis instrumentis ad usum propriæ artis, quam quisque exercet, necessariis & in aflu exercitii ejusque artis, & non alias deferre, seu domi, aut in Apothecis, vel a se libi retinere, sine in ipsum Statum Ecclesiasticum introducere, fabricare, vendere, permutare, aut aliud contractus genus super ipsis iniire.

§. 2. Cumque sub his hujusmodi, ac præcedentium Constitutionum censura, tam Clericos, quam alias omnes & singulas personas Ecclesiasticas etiam quomodolibet exemptas, Seculares, & cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti, etiam de necessitate specialiter exprimentis, nec non Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, Regulares, vel alias immunitate personali quomodolibet gaudentes, comprehendi voluisset, & contra transgressores, si qui etiam ex his reperti fuissent, per Ordinarios Locorum, aliisque competentes Judices, ad majorem penam, quam Tribunal Ecclesiasticum pro quocumque graviore, & atroci

Censura generalis, circa in publicis securitatis exitum comparata.

Proscripta sunt a Prædecessoribus Pontificibus, & præferuntur S. Pio V. & S. Pio V. Sanctiones innovavit Alexander VIII. & veritatum armorum genera ex parte circumstanti.

Ecclesiasticis omnibus, aliisque exemptis, illis legibus tenentur declaravit.

PONT. atroci delicto imponere soleant, & vaieat, irreversibiliter procedi mandasset. A. XIII. §. 3. Hoc insuper decrevit, & declaravit, ut ad eximios transgressores a penis præfatis minime suffragari allegare, quod non constaret de dolo, vel mala eorumdem contravenientium qualitate; nec etiam ad hujusmodi effectum illæ Familiaritates, Litteræ patentes, & Licentiæ, concessæ, aut concedendæ, seu Privilegia cujuslibet Congregationis, Tribunalis, aut Militiæ, seu Judicii, Officialium Militarium, & Militarum; etiam Justitiæ, aut Ministerii Cameralis, Almaz Domus Lauretanæ, & cujuscumque Ordinis Militaris, Congregationis, Societatis, & Instituti, aut quarumvis, Personarum quæcumque Ecclesiastica, seu mundana dignitate fulgentium quidquam professent, aut relaterent; prout latius atque distinctius in præfatis ejusdem Alexandri Prædecessoris Litteris continetur.

§. 4. Pari justitiam zelo, & publicæ quietis studio incensus sanctæ memoriæ immediatus Prædecessor Noster Clemens Papa XII. per suam anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo quarto, Kalendis Februarii, Pontificatus sui Anno quinto, editam Constitutionem, cujus initium est *In supremo justitiæ Sello*, inter alia, quæ pro recta justitiæ administratione, ac delictorum coercionem provide constituit, præfatis Pii IV. Pii V., & Alexandri VIII. aliorumque Antecessorum Litteras & Ordinationes, nec non Edictum Kalendis Januarii Anni Domini millesimo septingentesimo octavi, de mandato pææ memoriæ Clementis Papæ XI. promulgatum, cæteraque Bannimenta eoque publicata, quibus, eorumdem, seu aliorum armorum in Urbe, & Ditione Ecclesiastica præfatis delatio, retentio, introductio, aut venditio, sub diversis etiam capitalibus penis similiter approbavit & innovavit; Et ne penarum in ipsis adversus transgressores statutarum executionem ullo modo impediti contingeret, quibuscumque Tribunalibus, Magistratibus, & Judicibus, tam Urbis præfatis, quam aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum eidem Apostolicæ Sedi immediate, ac etiam mediate subiectorum, nec non quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus etiam de Latere Legatis, districtè prohibuit & interdixit, ne in causis delationis, ac retentionis hujusmodi armorum, ulli delinquenti, penas, quas quomodolibet incurrisset, gratiosè remitterent, aut componerent, vel in minima etiam parte moderarent, sed ea dumtaxat, quæ stricti juris essent, juxta præfatum formam & dispositionem Litterarum, editi, & Bannimentorum hujusmodi decernerent & exequerentur.

§. 5. Quod si ex peculiaribus, quandoque facti circumstantiis, vel ex qualitate personarum, gratiæ, compositioni, aut penæ moderationi locum esse, ac equitate, ita suadente, prudeniter existimarent; voluit nihilominus, neque tunc per eosdem Magistratus, & Judices, ad concessionem gratiæ, compositionem, aut moderationem penæ deveniri posse, nisi prævia sua, ac Romani Pontificis, pro tempore existentis expressa approbatione; sub nullitatis gestorum, ac omnium inde sequutorum, & quoad Judices præfatos, sub pecuniariis, aliisque etiam corporalibus, suo, & ejusdem Pontificis arbitrio infligendis penis; & consequenter quibuslibet Cardinalium Congregationibus, ac Cardinalibus etiam de Latere Legatis, quæcumque facultatem, quæ ipsis de jure, usu, vel consuetudine, seu alias quomodolibet competere possent, arbitrandi, gratiam impertiendi, & componendi, ac moderandi penas hujusmodi, in dictis causis delationis, ac retentionis armorum, abrogavit, & revocavit.

§. 6. Et Nos igitur dictorum Prædecessorum consilium ac prudentiam magnopere commendantes, eadem usque necessitatem pro felici Populorum regimine in dies magis magisque agnoscentes, præfatis eorum Constitutiones, quarum totos, & integros tenores præfatis pro insertis de verbo ad verbum haberi volumus, atque omnes & singulas dispositiones, prohibitiones, declarationes, & extensiones in eis contentas, Nostro Motu proprio, ac certa scientia, per hanc Nostram perpetuo valituram Constitutionem, Apostolica auctoritate approbamus, confirmamus, & innovamus; & secundum eas per quoscumque Judices, ac in omnibus, & singulis earundem Urbis, ac Ditionis Tribunalibus, & Curis, omnino, procedi volumus & mandamus.

§. 7. Verum quia in hujusmodi causarum tractationibus sæpe contingit, ut pro parte reorum, ab ipsis aut ab eorum Advocatis & Defensoribus, allegetur eorum pravam intentionem, seu dolum, in delatione, aut retentione armorum hujusmodi, & personarum, cuiusmodi, a Fisco minime probari; ac riam malam qualitatem, a Fisco minime probari; ac deficientibus horum probationibus, contentatur, justitiam & fundatam præsumptionem bonæ qualitatis eidem Reis semper assistere; ideoque locum esse aequitati, quam præfata Clementis XII. Constitutio infinuare videtur, ut scilicet Supremo Principi consilium detur pro gratia, aut compositione, seu moderatione penæ in præmissis Constitutionibus, Edictis, & Bannimentis respective statuta; Nos hujusmodi ratiocinationes, non modo ad reos a promeritis penis eximendos, cum præmissarum Legum eversione, & publicæ quietis detrimento, tendentes, verum etiam earundem Alexandri, & Clementis Constitutionum litteræ, & spiritui adversantes, de medio tollere, ac debitam earundem Constitutionum observantiam, & executionem asserere volentes; simili motu, scientia, & auctoritate, ac earundem præsentium tenore, decernimus, & declaramus, nil aliud oneris, Fisco incumbere ad fundandam actionem suam, pro ut aliam prædictarum Constitutionum, quam ut ipsum contraveniens delictum, videlicet delationem, vel retentionem, seu respective introductionem, fabricationem, aut venditionem armorum, in præfatis Pii IV. Pii V. Alexandri VIII. & Clementis XII. Constitutionibus, aliisque editis, & Bannimentis per eosdem Prædecessores confirmatis & innovatis, vetitorum & proscriporum, plena & valida probatione constare faciat. Quod si ex-

Reus allegans bonam qualitatem, hanc concludat, detentor probare teneatur.

§. 8. Sicque, & non aliter in hujusmodi causis centeri, atque ita per quoscumque Judices, Ordinarios & Delegates, tam in urbe, quam in universo Statu Ecclesiastico, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosque quoslibet, quæcumque præminentia, & potestate fungentes & sanctos, subita eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi & interpretandi facultate, adversus quoscumque in præmissis delinquentes, etiam specialis & nota expressione dignos, prout in præfatis Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus exprimitur & nominantur, iudicari & definiti debere decernimus & mandamus.

§. 9. Non obstantibus contrariis quoruncumque Tribunalium & Judicum resolutionibus & deliberationibus, aut Curarum usibus, stylis & consuetudinibus, seu inveteratis Doctorum opinionibus & Sententiis, nec non Urbis præfate, aliarumque Civitatum, & Terrarum, atque Locorum Statutis, seu eorumdem, & quarumcumque Personarum, & Universitatum Privilegiis, Exemptionibus, & Indultis, cæterisque omnibus, quæ uterque Pius, Alexander, & Clemens Prædecessores prædicti suarum Constitutionum observantia, & executioni decreverunt non obstantes.

§. 10. Volumus autem, ut præsentium Litterarum Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

Interferentia Pontifici cujuslibet gratia concessione.

Interferentia Pontifici cujuslibet gratia concessione.

firmamus, & innovamus; & secundum eas per quoscumque Judices, ac in omnibus, & singulis earundem Urbis, ac Ditionis Tribunalibus, & Curis, omnino, procedi volumus & mandamus.

§. 7. Verum quia in hujusmodi causarum tractationibus sæpe contingit, ut pro parte reorum, ab ipsis aut ab eorum Advocatis & Defensoribus, allegetur eorum pravam intentionem, seu dolum, in delatione, aut retentione armorum hujusmodi, & personarum, cuiusmodi, a Fisco minime probari; ac riam malam qualitatem, a Fisco minime probari; ac deficientibus horum probationibus, contentatur, justitiam & fundatam præsumptionem bonæ qualitatis eidem Reis semper assistere; ideoque locum esse aequitati, quam præfata Clementis XII. Constitutio infinuare videtur, ut scilicet Supremo Principi consilium detur pro gratia, aut compositione, seu moderatione penæ in præmissis Constitutionibus, Edictis, & Bannimentis respective statuta; Nos hujusmodi ratiocinationes, non modo ad reos a promeritis penis eximendos, cum præmissarum Legum eversione, & publicæ quietis detrimento, tendentes, verum etiam earundem Alexandri, & Clementis Constitutionum litteræ, & spiritui adversantes, de medio tollere, ac debitam earundem Constitutionum observantiam, & executionem asserere volentes; simili motu, scientia, & auctoritate, ac earundem præsentium tenore, decernimus, & declaramus, nil aliud oneris, Fisco incumbere ad fundandam actionem suam, pro ut aliam prædictarum Constitutionum, quam ut ipsum contraveniens delictum, videlicet delationem, vel retentionem, seu respective introductionem, fabricationem, aut venditionem armorum, in præfatis Pii IV. Pii V. Alexandri VIII. & Clementis XII. Constitutionibus, aliisque editis, & Bannimentis per eosdem Prædecessores confirmatis & innovatis, vetitorum & proscriporum, plena & valida probatione constare faciat. Quod si ex-

Reus allegans bonam qualitatem, hanc concludat, detentor probare teneatur.

§. 8. Sicque, & non aliter in hujusmodi causis centeri, atque ita per quoscumque Judices, Ordinarios & Delegates, tam in urbe, quam in universo Statu Ecclesiastico, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosque quoslibet, quæcumque præminentia, & potestate fungentes & sanctos, subita eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi & interpretandi facultate, adversus quoscumque in præmissis delinquentes, etiam specialis & nota expressione dignos, prout in præfatis Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus exprimitur & nominantur, iudicari & definiti debere decernimus & mandamus.

§. 9. Non obstantibus contrariis quoruncumque Tribunalium & Judicum resolutionibus & deliberationibus, aut Curarum usibus, stylis & consuetudinibus, seu inveteratis Doctorum opinionibus & Sententiis, nec non Urbis præfate, aliarumque Civitatum, & Terrarum, atque Locorum Statutis, seu eorumdem, & quarumcumque Personarum, & Universitatum Privilegiis, Exemptionibus, & Indultis, cæterisque omnibus, quæ uterque Pius, Alexander, & Clemens Prædecessores prædicti suarum Constitutionum observantia, & executioni decreverunt non obstantes.

§. 10. Volumus autem, ut præsentium Litterarum Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

Derogatio contrariis.

Aliis judiciariis prohibentibus.